



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Origines ac
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt LII. Bechtolsgadense Monasterium in Bauaria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11321

Quod postea, anno scilicet 1120 (tradente Abbate, & Canonicis eius loci monasteriū S. Benedicti regulam amplectentibus regēdum suscepit Fulgent. I. Abbas Affligemiēsis. sicq; Bohemiana tandē cella ad monasterium Affligemiense in appendicibus vniuersis à Calixto II. Pont. Max. translata est. an. 1122. Burchardo Cameracensi Episc. adfentiente. Hęc ex Anselmi Aabbatis Genblacensis Appēdicē ad Sigeberti Chronicon, itemq; ex monumentis Ecclesiæ Bornhemianę desmupimus. Vide plura in Originibus nostris Benedictinorum monasteriorum per Belgium.

Ceterum Bornhemium celebris est Flandrię pagus, Baronię vt vocant, titulo decoratus, in quo perantiqua est Basilica, cū crypta item veteri sub Odeio. Ponē ipsi vidimus ruderā ac vestigia claustrī olim monastici. fuit autē Bornhemium ad nostram vsque ætatem Præpositura, in qua monachis aliquot Affligemienses residere solent.

CAPVT LII.

BECHTOLSGADENSE MONASTERIUM in Bauaria.

1108. **I**oannes Auentinus in hac fundatione variat; nam libro 5. Annalium sic scribit: *Chuno à Medling & Frontenhausen, Satrapes Comes Sars & AVV; vxor eius irmogarda in agro Salsbur-*

lisburgensi Berchtolsgaden (vbi sepulta est filia Adelheidis cū marito Beringerio, filijs, Beringerio & Conrado à Sultzpach, comitibus, q̄ est opidū Nariscorum ad Confluentes Train & Alissi) Pampurg vbi humati perhibentur, collegia Augustiniana instituerunt. Sed idem Auentinus in suamet translatione Germanica aliter narrat: Chuno, Comes à Medling, fundat AVV, vxor sua Irmogard, filia Adelbaidis, cum marito Comite Beringerio, & filijs Beringerio & Conrado, Comitibus de Sultzpach, instituerunt seu fundauerunt Berchtolsgaden & Bamberg.

Idem postea in Annalibus in Genealogia Comitum Sultzpacensium soli Beringario patri hæc tribuit. Idem facit in suo Germanico compendio. Sed in monumentis & diplomatibus Berchtolsgadensibus reperitur (quod & verum est) Comitem Beringerum & fratrem eius Chunonem, de Sultzpach, vnà cum ipsorum matre Irmogorda instituisse Berchtolsgadense monasterium in honorem S. Ioannis Baptistæ & S. Petri, ac multis bonis ditasse anno 1108. Ex quo apparet Auentinum in nomine Irmogardæ errasse. Nam Irmogarda fundatrix mater erat Comitis

Beringeri, non focrus: vt tradit

Hundius in Metropo-
li Salisbur-
genfi.